



**Paraenesis De Eleemosyna**

**Alardus <Aemstelredamus>**

**[Köln], 1545**

**VD16 A 1250**

Is est eleemosynarum ordo, ut facere potuerit, uoluerit, fecerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63012)

## DE E L E E M O S Y N A.

*Is est eleemosynarum ordo, ut facere potuerit,  
uoluerit, fecerit.*

**C**hrysostomus homilia de misericordia, & duabus mulieribus: Tria sunt quæ in misericordiæ opere optâda sunt Christiano, ut possit facere, ut uelit, ut compleat. Ut possit, id est, ut substitutia faciendi nō desit. Ut uelit, hoc est, uoluntas adfit, q̄ faciat, q̄ a substitutia nō deest qua fiat. Tertiū est, ut cōpleteat, id est, ut quæ possit, & uelit sine dilectione perficiat. his enim tribus opus tantum tamq; præclarum impletur. Nam sunt qui possunt facere, sed nolunt, sunt qui uolunt & non possunt, sed differēdo non faciunt. Cæterum qui potest facere, oret ut uelit, & q̄ uult facere, oret ut possit, & q̄ in utroque paratus est, det operā ut misericordiam instanter efficiat, ne quod uult & potest differēdo nō completeat. Etenim misericordia salutis præsidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum. Hæc est que iustos probat, sanctos roboret, dei cultores ostentat, cuius exercitium lætum efficit dominum, placatum exhibit Christum, dum cernit subsidijs huiusmodi pauperem in opem subicuari.

*Quibus credita est pauperum sustentatio.*

**H**ieronymus in epistolam ad Titum, capite 1. Ante omnia hospitalitas futuro episcopo denunciatur. Si enim omnes illud de euangelio audire desiderant, Hospes fui, & suscepisti me: quanto magis Episcopus, cuius domus omniū commune esse debet hospitium? Laicus enim unum aut duos aut paucos recipiens implebit hospitalitatis officium,